

Beilagen.

Königsurkunden und Acta imperii.
1273 — 1343.

- I. Johann von Brandenburg und Johann von Sachsen urkunden in betreff der für Wahl und Krönung erforderlichen Geldsummen. 1273 Oct. 8.¹

Or. Reichsarchiv², Hochstift Würzburg Reichs-sachen Fasc. 1.

Iohannes Dei gracia Brandenburgensis marchio et Iohannes Dei gracia dux Saxonie omnibus presentem paginam | inspecturis votive prosperitatis successus.

Cum propter electionem Rom(anorum) regis apud Frankenfvrt celebrandam una cum nostris coelectoribus expensas fecerimus et adhuc restent alie in coronacione regia faciendo, et deceat principes ab illis expensis regalem magnificentiam relevare, ipse dominus noster electus rex serenissimus Rom(anorum), cum pre manibus pecuniam non habeat, mutuum contrahendo fideiussores pro solvendis debitis obligavit. Nos itaque volentes precavere, ne contingat fideiussores vexari, si aliquid, quod absit, nostro domino humanitus eveniret, presentibus protestamur, quod de nostra et coelectorum nostrorum procedit optima voluntate, ut si debitis non solutis dominus noster prefatus de medio educatur, ipsi fideiussores de bonis imperii se absolvant, et successor in regno, quicumque fuerit, teneatur fideiussores ab omni obligatione et dampnis quibuslibet reddere absolutos. In cuius rei testimonium presentes litteras fecimus sigillorum nostrorum munimine communiri.

Dat. et actum Frankenvort, anno Domini MCCLXXIII, octavo Ydus Octobris.

Beide Siegel verletzt, das erste abgefallen.

- II. Giffrid von Anagni bescheinigt dem Erzbischof von Mainz die Besiegelung des Gesamtwillebriefs der Kurfürsten. 1279 (Ende Sept.)³.

Or. Reichsarchiv, Mainz Erstift Fasc. 27.

Nos Gifridus de Anagnia decanus ecclesie sancti Audomari, domini pape capellanus et nuncius, recognoscimus, |

1) Vgl. die entsprechenden Verschreibungen von Mainz und Trier, Reg. imp. VI, 3 und 4. 2) Alle Stücke ohne entsprechenden anderen Vermerk sind den Münchener Archiven entnommen. 3) Vgl. zu den Vorgängen und zum Datum Kaltenbrunner in *MIÖG. Erg.-Bd. I*, 385 f. Hier auch ein Facsimile des Willebriefs. Siehe auch Reg. imp. VI, 1062.